

hinc inde Majestatum, obligati erunt exhibere in Portibus, Literas suas Maritimas & Certificatorias, modo ante declarato.

XXIV.

Quod si Naves Subditorum & Incolarum Serenissimarum Regiarum hinc inde Majestatum, ad Oras maritimas progressæ, aut in pleno mari, obviam factæ fuerint Navibus Bellicis alterutrius, aut Navibus sumptibus privatis ad Bellum instructis, dictæ Naves Bellicæ, & Armatæ Privatorum, ad quævis evitanda incommoda, maneant, extra Jactum Tormenti Bellici, mittantque Scapham ad Navem Mercatoriam quæ obviam facta erit, & cum duobus aut tribus solummodo hominibus intrent; quibus monstrantur à Magistro vel Præfecto talis Navis aut Navigii Literæ Maritimæ de proprietate ejusdem, conceptæ juxta Formam præfenti Tractatui appositam; & Navi quæ eas exhibuerit liber erit transitus, eandemque molestiâ aliquâ afficere, excutere, aut de Cursu destinato ut deflectat, cogere, nefas esto.

XXV.

Illa vero Navis Mercatoria alterius partis, quæ ad Portum alteri Fœderatorum inimicum tendere instituerit, aut de cujus itinere, aut Mercium subvectarum specie, justa suspicio subsit, non tantum Literas Maritimas, verum etiam Certifica-

Their most Serene Royal Majesties shall be obliged to exhibit in the Ports their Passports and Certificates, in the manner before specified.

XXIV.

But in case the Ships of the Subjects and Inhabitants of both Their most Serene Royal Majesties, either on the Sea-Coast, or on the high Seas, shall meet with the Men of War of the other, or with Privateers, the said Men of War and Privateers, for preventing any Inconveniencies, are to remain out of Canon-shot, and to send a Boat to the Merchant Ship, which has been met with, and shall enter her with Two or Three Men only, to whom the Master or Commander of such Ship or Vessel shall shew his Passport, concerning the property thereof, made out according to the Form annexed to this present Treaty; and the Ship which shall exhibit one, shall have free Passage, and it shall be wholly unlawful any way to molest her, search, or compel her to quit her intended Course.

XXV.

But that Merchant Ship of the other Party, which intends to go to a Port at Enmity with the other Confederate, or concerning whose Voyage, and the sort of Goods on Board, there may be just suspicion, shall be obliged to exhibit,